Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Conclvsio XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

ceſt. & inuti. nup. Ex complexu. Nunc autem eccleſia neminem ad cõtinendũ ſeu uouendũ cõpellit, ideoq; neq; de pontifice, neq; de eccleſia cõquærere poſſunt. Sed in ordine quẽ præſtat eccleſia, continentiã uult habere connexã, & hoc facere poteſt, ſicut quiuis alter qui ſua bona dat cum onere ab eo impoſito ff de pactis in traditionibus.

Qui igitur ſacerdotio initiari cupit, non ad pompam, neq; ad ſuperbiã, ſed ad utilitatem, hic prius ſuam potentiã emetiatur ad onus ſuſcipiendum, quod portare conatur, quod ſi ei nimis fuerit ponderoſum, ſe ſcilicet continere in ſacerdotali officio, quod ſi ſe poſſe præſumat, nihilominus hoc officium cum timore ſuſcipiat i. q. i. Non eſt putanda.

CONCLVSIO XX.

Famoſus cum ſit qui deo dicatam ſibi deſponſat, & contra leges coeat, conſequitur ut nec uir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimoniũ, nec dos, nec patria poteſtas intelligatur, quia lex huiuſmodi liberos uult uulgo fuiſſe conceptos, & contrahentes exilio, bonorum confiſcatione, uerberibus & infamia damnat.

Hæc concluſio probatiõe non eget, quia de uerbo ad uerbum ex lege ſumpta eſt, Inſti. de nup. par̃. Si aduerſus.

Nullum enim pactum conuentũ ſed neq; contractũ interueniſſe inter eos præſumimus, qui contra leges contrahunt, C. de le. & con. prin, par̃. Nullũ enim. Et quod ex eis ſequit̃, nulli⁹ roboris eſſe uolumus, ſed inutile C. eo. le. ea. Sed & ſi.

CONCLVSIO XXI.

Famoſus eſt qui ſacras uirgines in nuptias auſus fuerit ſolicitare, promouere, ſolemniſare, facultatem dare, & cum poſſet non prohibere, quia in maleficijs uolũtas non exitus ſpectat̃.

Omnibus uitæ meę diebus audiui non expedire pediculos in pelliceis educare, fouere, ac enutrire, quum ſuapte natura ibi increſcant. Quare ciuitatum regentibus & rectoribus

ex toto non æſtimarã neceſſariũ, ſed eoꝝ probitati & honeſtati multo plus fuiſſe decẽs & honorificũ, monaſterioꝝ clauſuras nunq; reſeraſſe tam uiroꝝ quam mulierũ, ad eoꝝ profugia non conſuluiſſe, auxilia præbuiſſe, & millecupla praxi uiolentiã intuliſſe contra dei præceptũ, contra leges, ab eoꝝ uotis deſciſcere & deo non ſeruare, quæ ſua met uolũtate ſpoponderant, cauſſa profecto a qua om̃is urbiũ & ciuitatũ probitas merito abſtinere debuiſſet. Sed quid cordibus eoꝝ delituit, noſtri rapti cenſus, redditus, & decimæ prodiderunt, Quibus & ſi ditiores facti ſunt, hoc tamẽ illis ipſis noſtris bonis nomen eſt partũ eis, ut cum ueritate eis improperare poſſimus, eos improbos & famoſos factos. Vox certe probo uiro intollerabilis & horrenda.

Sed ad Concluſionem non illos puniri modo qui fecerũt, ſed qui opem, auxilium, conſilium, & ad talia facienda conſenſerunt Leuit. xx. in Ver. Succidamq;, & ad Ro. i.

Quod aũt in maleficijs nõ exitus ſed mala uolũtas ſpectet, habes ff ad le. Cor. de ſicca & uene. le. diuus Adrianus.

CONCLVSIO XXII.

Famoſus eſt cõmuni Chriſtianoꝝ Heluetioꝝ a ſuis progenitoribus introducta conſuetudine, qui etiam in bellicis cladibus puerperæ, ſeniculo, infanti puerulo, præſpitero, ſacris eccleſijs & uaſis deo dedicatis, quid per uim intulerit, abſtulerit, prophanarit, capitali iudicio obnoxius, maiore procul dubio infamia notãdus, qui id ciui fuerint auſi intentare, q̃d ſua laudatiſſima conſuetudine cuiq; nec in hoſte licebit.

Qui apud Heluetios in bellicis motibus eoꝝ iuramẽta audiuit, de hac conſuetudine recenſere poteſt. Neq; eſt in mundo qui eam non fateatur Chriſtianã, probam, laudabilem & omni honore dignã, ideoq; & legibus cõparandã, nec cũ honore intermitti poteſt, neq; huius cõſuetudinis præuaricator minus puniri debet, quã legũ trãſgreſſor i. q. vij. Si quis.

Quomodo aũt euangelici noſtri ſe erga clerũ, monachos,

moniales